Augsburg, um 1476

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



clvi

ora leonum: et extinxerunt impetum ignis. effugerunt aciem gladij. convalluerunt de infirmitate. fortes facti sunt in bello. Castra inverterunt exercituum. accepimus mulieres de resurrectione mortuos suos. Alij autem distentati sunt non suscipientes redemptionem. ut meliorem invenerent resurrectionem. Alij vero ludibria et verbera experti insuper et vincula et carceres. lapidati sunt. secati sunt. tentati sunt in occisione gladij mortui sunt. Circumierunt in melotis in pellibus caprinis: egentes angustiati afflicti quibus dignus non erat mundus. Insoliti domibus errantes et montibus et speluncis: et in cavernis terre. Et hi omnes testimonio fidei probati inventi sunt in xpo ihu. domino nro. Ad Corintios. Benedictus deus et pr domini nri ihu xpi. qui secundum magnam misericordiam suam. regenerauit nos in spem viuam. per resurrectionem ihu xpi ex mortuis. in hereditatem incorruptibilem: et incontaminatam in celis in vobis qui in virtute dei custodimini per fidem in salutem. paratam revelari in tempore novissimo in quo exultabitis. Iudicium nunc si oportet contristari in varijs temptationibus: ut probatio fidei

ure multo preciosior sit auro quod per ignem probatur. Inventatur in laude et gloriam et honorem: in revelationem domini nri ihu xpi.

Lingua sapientis sapiet. cum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stulticiam. In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos lingua placabilis lignum vite. que autem immoderata est conteret spiritum. Omnis usus plurima fortitudo: et in structuris impij conturbacio labia sapiencium disseminabunt scienciam: cor stultorum dissimile erit. Vice tempe impiorum abominabiles domino. vota iustorum placabilia. Qui sequitur iustiam diligetur a deo.

clx

Iccō Kndie unus. Requiem marcellini et petri. sapie. Vsque in perpetuum invenient et apud dominum est merces eorum: et cogitacio illorum apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris. et diadema speciei de manu domini. Quia dextera sua teget eos. et brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius: et armabit creaturam ad vindictam inimicorum. Induet prothorace iustiam. et accipient pro galea iudicium certum. Sumet scutum fidei inexpugnabile equitate ibunt directe, p missiones